

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Jacob Lembke J. Caspar Brandes

**Connexionis Institutionum Iuris Exercitatio ...**

**IV : Continens Libr. IV.**

[Rostock]: Keilenberg, 1681

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn746222955>

Band (Druck) Freier  Zugang 

Zusammenhang der  
Grundlagen des Rechts

Ruhr 2687  
Friedrich Lauter  
Emilie Lauter



34.

CONNEXIONIS INSTITUTIONUM  
JURIS  
**EXERCITATIO IV.**  
CONTINENS  
**LIBR. IV.**

*Quam,*  
**DEO FUVANTE.**  
PRÆSIDE  
**Dn. JACOBO Lembsen/ J.U.D.**

ET P.P.

DEFENDENDAM PROPONIT.

*In Auditorio Majori,*

HORIS CONSVENTIS,

**J. CASPAR BRANDES.**

*AD DIEM. 14. Maij. ROSTOCHII ANNO M.D.C.LXXV.*

PRELO B. KEILENBERGII, ACAD. TYP.

*K. Paul. Wilbraud*

Connexionis Initiationis

liris

EXERCITATIO IV.

LIPR. IV.

DIO. 29. Okt. 18

Dr. JACOBUS SIEGENIUS

zr. R. 5

Deandemam ratione


Exercitatio IV.

Hoc exercitatio

I. CATHAR. BRANDIS.

Exercitatio IV. ad 18

Exercitatio IV.



CONNEXIONIS INSTITUTIONUM.  
LIB. IV.



Bsolutis obligationibus ex  
Contractu, dispiciendum de  
**OBLIGATIONIBUS EX DE-**  
**LICTO** (TIT. I. de oblig. que  
ex delict. nasc.) qvod est turpe  
factum contra prohibitionem  
legis admissum. Est autem vel  
VERUM, qvod dolo, vel QVA-  
SI, qvod culpâ committitur.

VERA DELICTA sunt. I. FURTUM, qvod est contreb-  
etatio fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel  
etiam usus ejus possessionisve, qvod lege naturali prohibi-  
tum est admittere. §. 1. estque aut manifestum, qvod  
quadrupli, aut nec manifestum, qvod dupli poena coer-  
cetur. §. 3. & s. II. RAPINA (TIT. II. de vi bon. rapt.)  
qva est contrectatio violenta rei mobilis, frande §. 1. &  
lucri faciendi causa facta, & coercetur intra annum resti-  
tutione quadruplici, cui tamen rei persecutio inest, post  
annum simpli pr. III. DAMNUM injuria datum, quo res  
aliena sive animata, sive inanimata, per injuriam. b. e.  
nullo jure, corrumpitur aut perimitur, LEGE AQVILIA  
vindicandum (TIT. III. de Lege Aqvil.) ex cuius Legis 1.  
capite, qvanti damnum plurimi in anno §. 9. ex 3. vero  
qvanti in diebus triginta proximis fuerit §. 14. 15. agitur.

2

IV.

**IV. INJURIA (TIT. IV. de injur.)** qvæ est delictum dolo,  
in contumeliam & ignominiam alterius admissum. pr.  
estqve vel realis, vel verbalis, cuius potissima species  
famosus libellus §. 1. Poena ejus, si civiliter agitur, est  
condemnatio in estimationem injuriæ, quam vel ipse  
passus, vel judex, prout ei visum fuerit, fecit, si vero  
criminaliter, extraordinariat §. 10. **QVASIDELI-  
CTUM (TIT. V. de oblig. qvæ qs. ex del. naſc.)** commit-  
titur i. à judice, qvi per imprudentiam male judicavit,  
& tenetur propterea, iir quantum de ea re æquum re-  
ligioni judicantis videbitur pr. 2. Ab eo ex cuius coe-  
naculo dejectum effusumqve quid est, qvod nocuit,  
qvi punitur ob damnum rebus datum in duplum, & li-  
berum hominem occisum §. 10. aureis, vulneratum ve-  
ro vel læsum curationis & operarum amissarum refu-  
sione §. 1. 3. qvi aliquid positum vel suspensum habet,  
qvod potest, si ceciderit, alicui nocere, statutæ 10. aure-  
orum poenæ, §. 1. 4. Ab eo, qvi opera malorum ho-  
minum damnum dantium utitur, poenæ in duplum  
constitutâ. §. ult.

Tertium deniqve Juris objectum sunt ACTIONES,  
qvæ exercentur vel in judicio PRIVATO, qvod ad util-  
itatem & interesse potissimum privati, consuetis actioni-  
nibus peragitur, vel in judicio PUBLICO, tit. ult. Cir-  
ca actiones qvæ in Judicio PRIVATO exercentur, con-  
siderantur vel LITIGANTES vel JUDEX. tit. 17. LITI-  
GANTES qvat. vel RECTE & legitime, vel TEMERE li-  
tigant, & propterea coercentur, tit. 16. RECTE litigan-  
tes disceptant vel de RE IPSA, per actiones ordinarias &  
propriè sic dictas, vel tantum de POSSESSIONE, per  
Interdicta tit. 15. ACTIONES propriè sic dictæ con-  
siderantur porro vel qyoad CONSTITUTIONEM, vel  
qyoad

qvoad in judicium INTRODUCTIONEM tit. 10. 11. vel  
qvoad DISSOLUTIONEM tit. 12. QVOAD CONSTI-  
TUTIONEM iterum qvatenus dantur vel IMMEDIATE  
ex facto nostro proprio, vel MEDiate ex alieno tit. 7. 8.  
9. Qvatenus actio, proprias sic dicta de re ipsa, IMME-  
DIATE ex facto nostro datur potissimum consideratur  
(TIT. VI. de actionibus) & definitur, *jus per seqvendi in ju-  
dicio, qvod sibi debetur.* pr. Dividitur I. in Realem, qvæ ex  
jure in re, Personalem, qvæ ex jure ad rem, sive obliga-  
tione, & mixtam, qvæ partim ex jure in re, partim ad rem  
oritur §. 1. 20. II. in Civilem, qvæ ex Legitimis & Civilis-  
bus causis, & prætoriam, qvæ ex iurisdictione Prætoris de-  
scendit. §. 3. Actiones Civiles & Reales sunt; Rei vindica-  
tio §. 1. & Actio confessoria §. 2. Actiones Prætoriæ reales  
sunt; actio Publiciana §. 4. Rescissoria §. 5. Revocatoria  
§. 6. Serviana & qs. serviana, sive Hypothecaria §. 7.  
Actiones vero Prætoriæ personales sunt; Actio de con-  
stituta pecunia, §. 9. de peculio §. 10. ex jure jurando §.  
11. de albo corrupto, reo exempto, & parente patronove  
sine venia in jus vocato §. 12. Dividitur III. qvod sit vel  
rei persecutoria §. 16. 17. qvarem, qvæ ex patrimonio no-  
stro abest, vel poenalis, qua pœnam, vel mixta, qua & rem  
& pœnam persequimur. §. 18. 19. IV. qvod sit vel in sim-  
plum §. 21. 22. vel in duplum §. 23. vel in triplum §. 24.  
vel in quadrumplum §. 25. 26. 27. V. qvod vel bonæ si-  
dei §. 28. 29. 30. vel stricti juris d. §. 28. vel arbitraria §.  
31. Denique VI. qvod' qvædam solidum perseqvatur,  
qvædam minus solidō. §. 38. 39. & seqq.

Factum vero alienum ex qyo MEDiate inter-  
dum in nos competit actio est vel HOMINUM, vel BRU-  
TORUM. HOMINUM iterum vel CONTRACTUS, vel  
DELICTUM, EX CONTRACTU HOMINUM, qyisunt

sub nostra potestate , interdum etiam aliorum , (TIT.  
VII. qvod cum eo qui in alien. pot. est. neg. gest. eff. dic.) in  
nos datur Actio qvod jussu §. 1. Exercitoria, Institoria  
§. 2. Tributoria §. 3. de Peculio & in Rem verso §. 4. EX  
DELICTO SERVORUM (TIT. VIII. de noxal. act.) non  
etiam filiorum fam. §. ult. Domini tenentur actione NO-  
XALI, ut aut litis aestimationem sufferant , aut servum  
noxæ dedant pr. EX FACTO autem & damno BRU-  
TORUM oritur actio de PAUPERIE (TIT. IX. si quadrup.  
panp. fec. dicat.) tum noxalis ad exemplum superioris,  
§. 1. tum ex Aeditilio Edicto. §. ult.

ACTIO qvoad INTRODUCTIONEM in judicium  
spectat & PERSONAS , qvæ vel suo vel alieno aut pro-  
curatorio nomine agunt. (TIT. X. de iis per quos ager.  
poss.) & illarum SATISDATIONEM (TIT. XI. de satis-  
dat.) ut de judicio sisti §. 2. rem ratam haberi §. 3. &  
judicatum solvi §. 5. 6.

Seqvitnr ACTIONUM DISSOLUTIO, qve fit vel  
AUCTORITATE JURIS (TIT. XII. de perpet. & tem-  
poral. act. & que ad her. & in her. trans.) idqve aut Tempore,  
partim annuo, partim 30. & 40. annorum pr. aut  
Morte §. 1. aut Satisfactione §. ult. vel ope EXCEPTIO-  
NIS (TIT. III. de except.) qvæ est defensio reo competens, ad  
actoris persecutionem, ipso jure validam, excludendam  
pr. Alia autem Civilis alia Prætoria est §. 7. alia Perpetua &  
& peremptoria, qvæ semper agentibus obstat & semper  
rem, de qua agitur, perimit. §. 9. ut exceptio metus, dolii,  
erroris §. 1. non numeratae pecuniæ §. 2. pacti perpetui  
§. 3. jurisjurandi §. 4. rei judicatæ. §. 5. alia Temporalis &  
dilatoria, qvæ ad tempus saltem nocet, & temporis dilatio-  
nem tribuit, ut pacti temporalis §. 10. & procuratoris in-  
habilis §. ult. Exceptioni autem objicitur REPLICATIO.  
TIT.

(TIT.XIV. de replicat.) qvæ est exceptionis exclusio ad firmandam intentionem actoris adducta pr. cui reus duplicitationem §. i. actor triplicationem & sic ultra subjicit. §. 2. 3.

ACTIONES qvæ pro rei POSSESSIONE competent, vocantur INTERDICTA (TIT. XV. de interdict.) & hodie sunt actiones extraordinariae, qvibus maximè de possessione rerum corporalium, vel qs. possessione rerum incorporalium experimur. pr. §. ult. Dividuntur i. in Prohibitoria, qvibus Prætor aliquid fieri vetat, qvalia sunt interdictum uti possidetis, de mortuo inferendo, ne quid in loco sacro & flumine publico fiat. Restitutoria, qvibus Prætor aliquid restitui jubet. ut interdictum qvorum bonorum, unde vi, & qvod Legatorum, & Exhibitoria, qvibus Prætor jubet rem exhiberi, qvalia sunt interdictum de libero homine, liberto & liberis exhibendis §. i. II. in Adipiscendæ, qvibus possessio primum adquiritur ut interdictum qvorum bonorum & Salvianum, §. 2. 3. Retinendæ, qvibus possessio ad qvisita & turbata retinetur, ut uti possidetis, qvod de re immobili, & utrubi, qvod re mobili competit. §. 4. & Recuperandæ possessionis, qvibus vi amissa recuperatur, ut interdictum unde vi §. 6. III. in Simplicia, in qvibus constat quis actor quis reus sit, qvalia sunt omnia restitutoria, exhibitoria, & qvædam prohibitoria, & Duplia, in qvibus par utriusque litigatoris conditio est, veluti interdictum uti possidetis & utrubi §. 7.

Sequuntur nunc TEMERE & improbè litigantes (TIT.XVI. de pœn. temer. litig.) qui coercentur modo pœna pecuniaria pr. §. i. modo jurisjurandi religione, qvod & Advocati subeunt §. i. modo infamia metu §. 2.

Qvod ad actiones respectu JUDICIS attinet ejus OFFICII (TIT. XVII. de offic. judic.) generaliter in eo consistit, ut non aliter judicet, qvam legibus, aut constitutionibus

tionibus, aut moribus proditum est. pr. & ut consideret  
cujusq; intentatae actionis naturam, & juxta eam senten-  
tiam ferat, qvod specialib; exemplis illustratur §.1. & se q.

Subjiciuntur tandem Actiones, qvæ exercentur in  
JUDICIS PUBLICIS (TIT. ULT. de public. judic.) i.e. il-  
lis, qvæ ex Legibus publicorum judicorum, de criminis, ad in-  
teresse potissimum publicum, constituta sunt & quorum exe-  
cutio plerumq; cuivis ex populo datur. §. 1. Horum qvæ-  
dam sunt Capitalia, qvædam non capitalia §. 2. Et qvidem  
I. est ex L. Julia Majestatis, qvæ in eos, qui contralimperat. vel  
Remp. aliquid moliti sunt, animæ amissione cum dam-  
natione memoriae vigorem suum extendit. §. 3. II. ex L.  
Julia de Adulteriis, qvæ illicitum coitum, utputa adul-  
terium & sodomitiam gladio, stuprum vero in honestis,  
publicatione partis dimidiæ bonorum, in humilibus,  
corporis coercitione cum relegatione punit §. 4. III. ex  
L. Cornel. de siccari. qvæ homicidas & veneficos capite da-  
mnat, §. 5. IV. ex L. Pompeia de Parricidiis, qvæ parentum &  
liberorum occisionem asperima poena cullei persequi-  
tur §. 6. V. ex L. Cornel de Falsis, qvæ omnem veritatis do-  
losam immutationem, pro varietate variè punit §. 7.  
VI. ex L. Jul. de vi qvæ publicam vim, deportatione, pri-  
vatam vero tertia parte bonorum coeret. §. 8. VII. ex  
L. Jul. peculatus, qvæ eos qui publicam pecuniam, vel rem  
sacram & religiosam furantur poenæ deportationis  
subjicit §. 9. sunt præterea inter publica judicia VIII.  
Lex Flavia de plagiariis §. 10. XI. L. Jul. de ambitu. X. L. Jul.  
repetund. XI. L. Jul. de annonae. VII. L. Jul. de residuis,  
quorum omnium ut & superiorum diligentior  
scientia ex latioribus Digest libris  
haurienda.

S. D. G.





(TIT. XIV. de replicat.) qvæ est exceptionis exclusio mandam intentionem actoris adducta pr. cui reus du

tionem §. i. actor triplicationem & sic ultra subjicit

ACTIONES qvæ pro rei POSSESSIONE contunt, vocantur INTERDICTA (TIT. XV. de inter & hodie sunt actiones extraordinariae, qvibus max possessione rerum corporalium, vel qs. possessione incorporalium experimur. pr. §. ult. Dividuntur i. inhibitoria, qvibus Prætor aliquid fieri vetat, qvalia sunt interdictum uti possidetis, de mortuo inferendo, ne qvia co sacro & flumine publico fiat. Restitutoria, qvibus aliquid restitui jubet. ut interdictum quorum bona unde vi, & qvod Legatorum, & Exhibitoria, qvibus jubet rem exhiberi, qvalia sunt interdictum de libero ne, liberto & liberis exhibendis §. i. II. in Adipiscend bus possessione primum adquiritur ut interdictum quorum & Salvianum, §. 2. 3. Retinenda, qvibus poss qvisita & turbata retinetur, ut uti possidetis, qvod de mobili, & utrubi, qvod re mobili competit. §. 4. & perandæ possessionis, qvibus vi amissa recuperatur, terdictum unde vi §. 6. III. in Simplicia, in qvib stat quis actor quis reus sit, qvalia sunt omnia restit exhibitoria, & qvædam prohibitoria, & Duplicia, bus par utriusque litigioris conditio est, veluti i etum uti possidetis & utrubi §. 7.

Sequuntur nunc TEMERE & improbè liti (TIT. XVI. de pæn. temer. litig.) qui coercentur mod na pecuniaria pr. §. i. modo jurisjurandi religion & Advocati subeunt §. i. modo infamiae metu §. i.

Qvod ad actiones respectu JUDICIS attinet e FICCIUM (TIT. XVII. de offic. judic.) generaliter in slistit, ut non aliter judicet, qvam legibus, aut co

